

TRACTATUS DE JURE DEVOLUTIONIS.

AUTHORE

CLARIS. AC AMPLIS. VIRO
D. PETRO STOCKMANS, J.U.D.



Olim in Academia Lovaniensi Legum Professore,

Nuper in Supremo Brabantiae Concilio, nunc
in Sanctiore, Confiliario Regio, & Libellorum supplicum Magistro.

*Archivorum Brabanticorum Custode, Justitiae
Militaris Supremo Praefecto.*

Nec non ad Comitata Imperialia titulo Circuli
Burgundici Alegato.

Editio Tertia antior & correctior.



D. Ant. Jur. 3
num. 45.
caso. 2.
num. 48

AMSTELODAMI,
Apud PETRUM LE GRAND,
M. DC. LXVII.

dd. 5. 21 - 22. a. c. l. n.

PROOEMIUM.



Urisprudentiam multo-
rum Camelorum onus
esse nescio quis questus
est olim: certè postero-
ribus seculis in eam molem excre-
vit, ut vehendis Commentariis,
Glossis & Tractatibus Juris, onc-
rariæ aliquot naves vix sufficerent.
Huic cumulo librorum detrahere
aliquid, satius ac conducibilius fo-
ret Reipublicæ quàm adjicere, at-
que adeò si mei arbitrii res sit, ex-
scindendum potiùs ex hac densa &
squalida silva partem aliquam pu-
tarem, quàm nova Volumina cu-
dendo in veterem lacum nova ligna
ferre. Quid igitur cause est quòd
inter tot circumstrepentes occupa-
tiones animum induxerim hanc dia-
triben de Jure Devolutionis in pu-
blicam mittere? Duplex perpulit
ocasio que hoc factum à communi
querela eximat: prima quòd hoc
argumentum licèt usu frequens à


TRACTATUS DE JURE DEVOLUTIONIS.

CAPUT PRIMUM.

Quid sit Devolutio Consuetudinaria.

SUMMARIUM.

1.  *Causa scriptiois.*
2.  *Devolutionis aliquot effectus, usque ad num. 8.*
9. *Definitio Devolutionis.*
10. *An rectè dicatur anticipata successio, vel inchoata successio.*

 Pud omnes quidem Gentes cultiores est aliquis honos & prærogativa primarum Nuptiarum, & Liberorum qui ex iis geniti sunt, sed nusquam tanta quam apud Brabantos & vicinas aliquot Nationes, apud quas dissoluto primo Matrimonio, sive secundum sequatur sive non, Liberis istius Thori obveniunt bona omnia immobilia utriusque Parentis; priùs quidem defuncti per legitimam successionem intestati: superstitis verò, & adhuc viventis per Devolutionem, cujus vi bona illius addicta & affecta sunt liberis istis proprietate